delle quali comparte fra' suoi, parte a Datame ne manda; e così gli mette in mano moltissime fortezze. Tenendo questi modi per lungo tempo, gli fece credere lui avere impreso una guerra contro del Re, che non mai la maggiore. Per non dare a lui sospetto di tradimento, nè dimandò parlargli, nè si diè pena di venirlo a vedere. Così e' dalla lunga menava l'amicizia, che parea esser collegati non per scambievoli beneficj, sì per odio che tutti e due avessero al Re.

11. Costui, come giudicò d'aver ben chiavata questa pratica, fa assapere a Datame esser

---

citiam cum Datame facit, Regis provinciam vexat, castella expugnat, magnas prædas capit; quarum partem suis dispertit, partem ad Datamen mittit; pari modo complura castella ei tradit. Hæc diu faciendo, persuasit homini, se infinitum adversus Regem suscepisse bellum. Cum nihilo magis, ne quam suspicionem illi præberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut, non beneficiis mutuis, sed odio communi, quod erga Regem susceperant, contineri viderentur.

XI. Id cum satis se confirmasse arbitratus

tempo di far più gente e portar guerra al Re: della qual cosa, se paresse a lui, verrebbe a parlargli dove più gli piacesse. Entratagli la proposta, fu posto il tempo e 'l luogo dell'abboccamento. Qua pochi giorni prima sen venne Mitridate con un suo fidatissimo compagno, e in moltissimi luoghi qua e là nasconde spade, contrassegnandone diligentemente i luoghi. Or nel giorno proprio dell'abboccamento ambedue mandano chi spiasse il luogo, e cercasse le loro persone; poi vennero a congresso. Qui avendo alcun tempo parlato, e mossisi per tornare per diversa strada; e già Datame s'era dilungato as-

***

est, certiorem facit Datamen, tempus esse majores exercitus parari, et bellum cum Rege suscipi: de qua re si ei videretur, quo vellet in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus sumitur locusque quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquendi die utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mittunt; deinde ipsi sunt congressi. Hic cum aliquandiu in colloquio fuissent, et diversi discessissent; jamque procul

sai; Mitridate, prima d' arrivare a'suoi, per non dar sospetto, tornò in dietro, e si pose a sedere dove avea le armi nascoste, a modo che volesse riposarsi dalla stanchezza; e richiamò Datame, facendo sembianti d'aver nel discorso sdimenticato qualcosa. in questo trasse fuori l'arme nascosta, la sguainò, se la mise sotto; e venendo Datame, gli disse lui aver notato nell' andar via un cotal luogo, che era loro sugli occhi, da porre il campo. Il quale mentre gli accenna col dito e quegli il guarda, con un coltello per le reni fuor fuori il passò, ammazzandolo pria, che persona potesse ajutarlo.

Datames abesset; Mithridates priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pareret, in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat positum, resedit, ut si a lassitudine cuperet acquiescere; Datamenque revocavit, simulans, se quiddam in colloquio esse oblitum. interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina veste texit; ac Datami venienti ait, digredientem se animadvertisse locum [quendam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem cum digito monstraret, et ille conspiceret, aversum ferro transfixit; priusque quam quisquam posset

Così quegli che avea vinto molti coll' avvedimento, nessuno colla perfidia, restò colto da finta amicizia.

***

succurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat simulata captus est amicitia.

IL FINE
DELLA VITA DI DATAME

EPAMINONDA

VITA DECIMAQUINTA

DI

CORNELIO NIPOTE

1. Epaminonda tebeo di Polinno. Pria di por mano a scriver di costui, egli si pare dover mandare innanzi cotali cose, acciocchè non abbiano i leggitori le altrui costumanze a misurar colle loro; nè ciò che per essi son mere ciance, avvisino altresì essere state per gli altri. Conciossiachè sanno tutti che la musica (all'usanza nostra) non è cosa da principe, e che eziandio il ballar gli si disdice. le quali tutte cose appo i Greci per piacevoli si aveano e degne di lode.

1. Epaminondas Polymni filius thebanus. De hoc priusquam scribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant; neve ea, quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim musicen nostris moribus abesse a principis persona; saltare etiam in vitiis poni. quæ omnia apud Græcos et grata et laude digna ducuntur. Cum autem exprimere imaginem consuetudinis atque vitæ velimus Epaminondæ,

Ora volendo io fare il quadro de' modi e della vita di Epaminonda, pare a me non dovermi rimanere da tutto quello, che a ciò s'appartiene. Perlaqualcosa in prima dirò della sua nascita; poi in quali scienze sia stato addottrinato e da chi; quindi de' costumi e dell' ingegno, e se qual cosa altro v'è comechessia da ricordare; da ultimo delle prove di valore, che da moltissimi a quelle d'ogn' altro sono anteposte.

2. Fu adunque figliuolo di chi ho detto di sopra: d'onesta casa: ebbe in retaggio da'maggiori la povertà; ma addottrinato per forma,

***

nihil videmur debere prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus; deinde quibus disciplinis, et a quibus sit eruditus; tum de moribus ingeniique facultatibus, et si qua alia digna memoria erunt; postremo de rebus gestis, quæ a plurimis omnium anteponuntur virtutibus.

II. Natus igitur patre quo diximus: honesto genere: pauper jam a majoribus relictus, eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis. nam et citharizare, et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloria, quam Damon aut Lam-

che nessun Tebeo mai non fu meglio. da che a sonar la cetra, ed a' stromenti da corda accompagnare il canto, fu ammaestrato da Dionisio, che nella musica fu un altro Damone od un Lampro, che vanno per la maggiore: a cantar versi sul flauto da Olimpiodoro; da Callifrone a ballare. Ma a maestro di filosofia ebbe un Liside tarentino pittagorico; al quale fu così affezionato, che, comechè giovane, l' usar con lui vecchio bizzarro e fastidioso anteponeva a tutti del suo tempo; nè prima lo licenziò, che egli avea già superato i suoi condiscepoli, per forma che di leggeri potea comprendersi, lui

•••

prus, quorum pervulgata sunt nomina: carmina cantare tybiis ab Olympiodoro; saltare a Calliphrone. At philosophiæ præceptorem habuit Lysim tarentinum pythagoræum; cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem et severum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuerit; neque prius eum a se dimiserit, quam doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut facile intelligi posset, pari modo superaturum omnes in ceteris artibus. Atque hæc ad nostram consuetudinem sunt levia, et potius contemnenda: at in Græcia utique olim magnæ laudi erant. Postquam ephebus fa-

per ugual modo tutti in tutte le arti dover superare. Ora siffatte cose, che per noi son mere ciance e da avere a vile anzi che no, erano un tempo nella Grecia commendevoli assai. Venuto che e' fu a pubertà, e fattosi a dar opera alla ginnastica, non attese tanto all'accrescere delle forze, quanto alla leggerezza; perchè avvisava quella esser cosa da atleta, questa da guerriero. Di che si esercitava forte nel correre e nella lotta, con divisamento di poter, stando ritto, afferrar l'avversario e combattere. Era tutto dato alla milizia.

3. A cotal forza di corpo s'aggiunsero altresì più doti dell'animo. Da che egli era modesto,

* * *

ctus est, et palæstræ dare operam cœpit, non tam magnitudini virium servivit, quam velocitati; illam enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando, ad eum finem, quoad stans, complecti posset atque contendere. In armis plurimum studii consumebat.

III. Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo;

avvisato, prudente, navigando a ogni vento, sperto di guerra, robusto, valorosissimo, e tenero della verità per forma che nè eziandio per sollazzo dicea bugia. ed era altresì continente, benigno, oltre ogni estimazione paziente, non pur le ingiurie del popolo sostenendo, ma e degli amici, e soprattutto segreto; il che alcuna volta non giova meno dell'eloquenza; bramoso d'ascoltare; però che gli era avviso quella essere all'imparare prestissima via. Perlaqualcosa venuto a crocchio, in cui o di governo si ragionasse, o si parlasse di filosofia, non si movea se non a discorso finito. La povertà sì ben portò, che della repubblica (salvo la gloria)

***

adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. idem continens, clemens, patiensque admirandum in modum, non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias, imprimisque commissa celans; quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere; studiosus audiendi: ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque cum in circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur, nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset deductus. Paupertatem adeo facile perpessus est, ut de

non cavò nulla. Per suo bene e difesa non usò mai dell' avere degli amici, sì, ad ajutar gli altri, si dette tal faccenda, che si può far conto aver lui tutte le cose sue avute a comune cogli amici. Da che se alcuno de' suoi cittadini fosse fatto prigioniero, o una nubil donzella di suo amico figliuola non potesse per povertà maritarsi; egli aveva a sè gli amici, e (secondo i beni) a ciascuno poneva una tassa; e fatto che avesse quella tal somma, prima di riceverla in contante, a chi dovea darla, menava chi la voleva, e gliele facea numerare alla mano; acciocchè colui, a chi quel denaro ve-

***

republica nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus; fide ad alios sublevandos sæpe sic usus est, ut possit judicari, omnia ei cum amicis fuisse communia. Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus fuisset captus, aut virgo amici nubilis propter paupertatem collocari non posset; amicorum concilium habebat, et quantum quisque daret, pro facultatibus, imperabat: eamque summam cum faceret, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat, ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent, faciebat, ut ille, ad quem ea

niva, sapesse di quanto fosse a ciascuno debitore.

4. Fu poi in opera d'interesse tentato da Diomedonte ciziceno; perchè costui, da Artaserse subillato, avea tolto a corrompere per danaro Epaminonda. Questi sen venne a Tebe con grand' oro, e con cinque talenti tirò al suo piacere un Micito giovinetto, cui Epaminonda a que' dì voleva il meglio del mondo. Micito fu ad Epaminonda e gli scoprì la cagione della venuta di Diomedonte. Ed egli, presente Diomedonte, Non v'ha punto, disse, bisogno di danaro; da che se il Re vuol cosa utile a' Tebei, son pre-

•••

res perveniebat, sciret quantum cuique deberet.

IV. Tentata autem ejus est abstinentia a Diomedonte cyziceno; nanque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, et Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, et caussam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram, Nihil, inquit, opus pecunia est; nam si ea Rex vult, quæ Thebanis sunt utilia,

sto di farlo gratis; caso che poi volesse il contrario, egli non ha oro nè argento che sia tanto; da che con tutte le ricchezze del mondo non cambierei l'amore, che porto alla mia patria. di te non mi maraviglio, che me uomo sconosciuto tentasti, e avvisasti ch'io fossi un altro te: ti perdono; ma partiti di presente, acciocchè tu non corrompessi alcun altro, non essendoti venuto fatto di corrompere me. Tu, Micito, rendi a costui il denaro, e tosto; altramente ti darò in mano alla signoria. Diomedonte pregandolo di un salvocondotto, e di poter seco portarne le cose sue; Questo, e' disse, il farò, sì; ma per riguardo mio, non tuo; non

---

gratis facere sum paratus; sin autem contraria, non habet auri, atque argenti satis; nanque orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriæ caritate. te, qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror: tibi ignosco; sed egredere propere, ne alios corrumpas, cum me non potueris. Tu Micythe argentum huic redde: nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui. Hunc Diomedon cum rogaret, ut tuto exire, suaque quæ attulisset, liceret efferre: Istud, inquit, faciam; neque tua caussa, sed mea; ne, si tibi sit

forse essendo tu rubato, si dicesse che io t'avessi tolto tutto ciò, che profferendolmi tu; non ho voluto pigliare. Ed a lui dimandò; Dove vuo' tu andare? Ed avuto che in Atene; gli diè scorta per andarvi sicuro; nè fu contento di tanto; ma e fece opera per mezzo di Cabria ateniese (del quale ho toccato dianzi) che s' imbarcasse senz' essere offeso. Del suo disinteresse basti quest' una prova: per certo io ne potrei porre in campo moltissime, ma egli è da servar misura; da che in solo questo volume ho proposto rinchiudere le vite di molte illustri persone, le quali separatamente in assai migliaia

•••

pecunia adempta, aliquis dicat, ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere noluissem. A quo cum quæsisset, quo se duci vellet; et ille Athenas dixisset, præsidium dedit, ut eo tuto perveniret; neque vero id satis habuit; sed etiam ut inviolatus in navem ascenderet, per Chabriam atheniensem (de quo supra mentionem fecimus) effecit. Abstinentiæ erit hoc satis testimonium: plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est; quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere constituimus, quorum separatim multis millibus versuum com-

di versi da assai scrittori prima di me furono raccontate.

5. E' fu altresì bel parlatore per forma, che nessun Tebeo potea essergli pari nel dire: nè era men pronto nelle vibrate risposte che ne' distesi discorsi. Ebbe detrattore un Meneclide pur tebeo a lui nella politica tutto contrario, parlator sufficiente secondo uom tebeo. Perocchè quella gente ha più di nerbo che d' ingegno. Questi conciossiachè vedesse esser grande Epaminonda in pratica di guerra, si mise a confortare i Tebei, che alla guerra antiponessero la pace, acciocchè non si avesse ad aver biso-

***

plures scriptores ante nos explicarunt.

V. Fuit et disertus, ut nemo Thebanus ei par esset eloquentia: neque minus concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam, indidem Thebis, adversarium in administranda republica, satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum scilicet. Nanque illi genti plus inest virium, quam ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera desideraretur. Huic ille, Fallis, inquit,

gno dell' opera di lui. Al quale egli; Inganni per chiacchiere i tuoi cittadini, ritraendoli dalla guerra; da che sotto vista d'ozio lor procuri la schiavitù; perocchè con la guerra si acquista la pace. onde chi ne vuol godere lungamente, deve nella guerra addestrarsi. per la qual cosa se voi volete essere signori della Grecia, dovete usare il campo non la palestra. Questo Meneclide similmente mordendolo, che non avesse figliuoli, nè preso moglie, e soprattutto del suo orgoglio, perchè reputasse aver conseguito in guerra la gloria d' Agamennone; Cessa, gli disse, cessa o Meneclide d'appuntarmi della mo-

•••

verbo cives tuos, quod hos a bello avocas; otii enim nomine servitutem concilias; nam paritur pax bello. itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. quare si principes Græciæ esse vultis, castris est vobis utendum, non palæstra. Idem ille Meneclides cum huic objiceret, quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset, maximeque insolentiam, quod sibi Agamemnonis belli gloriam videretur consecutus; at ille, Desine, inquit, Meneclide, de uxore mihi exprobrare: nam nullius in ista re minus quam tuo, uti consilio volo. (Habebat enim Meneclides suspicio-

glie; che io in questa bisogna da nessun altro men che da te vorrei essere consigliato. (Meneclide era in sospetto d' adulterio). Quanto poi al tuo credere, che io voglia ir pari ad Agamennone, t' inganni; da che quegli con tutta la Grecia dalla sua non prese dopo dieci anni che sola una città; quando io pure in un giorno, con sola la nostra città, misi in isconfitta gli Spartani e liberai tutta Grecia.

6. Il medesimo venuto all' adunanza degli Arcadi, addimandando che e' co' Tebei si collegassero e con gli Argivi; in contrario un Callistrato ambasciadore ateniese, il più eloquente

•••

nem adulterii). *Quod autem me Agamemnonem æmulari putas, falleris; nanque ille cum universa Græcia vix decem annis unam cepit urbem; ego contra ex una urbe nostra dieque uno, totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi.*

VI. Idem cum in conventum venisset Arcadum, petens ut societatem cum Thebanis, et Argivis facerent; contra Callistratus Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo præstabat tempore, postularet, ut potius amicitiam sequerentur Atticorum, et in oratione sua multa invectus esset in Thebanos et Argivos,

del suo tempo, facendo istanza che seguitassero anzi l'amicizia degli Attici, ed essendosi nella sua diceria forte scagliato contro i Tebei e gli Argivi, e avendo detto fra l' altre cose], avere gli Arcadi a porre mente di che fatta cittadini avesse generato sì l' una, sì l' altra città, da' quali potrebbero formar giudizio degli altri: Argivi essere stati Oreste e Almeone delle lor madri ucciditori: di Tebe essere Edipo, il quale, dopo ammazzato il padre, avea della madre avuto figliuoli. Quivi Epaminonda (avendo già risolute le altre calunnie) giunto che fu a que' due vituperj, Io stordisco, rispose, della sciocchezza dell'attico oratore, il quale non si

***

in eisque hoc posuisset, animadvertere debere Arcades, quales utraque civitas cives procreasset, ex quibus de ceteris possent judicare: Argivos enim fuisse Orestem et Alcmæonem, matricidas: Thebis Œdipum natum, qui cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasset. Hic in respondendo Epaminondas (cum de ceteris perorasset) postquam ad illa duo opprobria pervenit, admirari se dixit stultitiam rhetoris attici, qui non animadverterit, innocentes illos natos, domi scelere admisso, cum patria essent pulsi, receptos esse

ricorda esser coloro nati innocenti, e, dopo commesso in casa il misfatto, di patria cacciati essere stati ricevuti appunto dagli Ateniesi. Ma fuor d' ogni espettazione la sua eloquenza risplendette in Sparta, essendo in ufizio di ambasciadore innanzi la battaglia leuttrica. Quivi essendo raccolti tutti gli ambasciadori de' collegati, in pienissimo consesso, morse per forma la spartana tirannide, che con quell' orazione non fiaccò meno la potenza loro che si facesse con la giornata di Leuttra. Da che allora adoperò (come appresso si vide) che gli Spartani fossero da' collegati piantati.

7. Che poi fosse paziente, e le ingiurie de'

•••

ab Atheniensibus. Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartæ legati ante pugnam leuctricam. Quo cum omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu, sic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit, quam leuctrica pugna. Tum enim perfecit, (quod post apparuit) ut auxilio sociorum Lacedæmonii privarentur.

VII. Fuisse autem patientem, suorumque injurias ferentem civium; quod se patriæ irasci nefas esse duceret; hæc sunt testimonia. Cum

suoi cittadini sostenesse (da che avvisava esser peccato corucciarsi contro alla patria) eccone testimonj. Non avendo voluto i suoi cittadini per invidia porlo in capo all'esercito, ed avendo scelto un capitano non pratico, per cui colpa tutta la oste a tale era ridotta, che ciascuno paventava della propria salvezza; perchè, recati da' nemici agli stretti, erano assediati; si cominciò a desiderare la pratica di Epaminonda. ivi egli era privato, in uffizio di soldatello. Dunque avendogli essi dimandato ajuto, non tenne memoria delle ingiurie, ma liberato dall'assedio l'esercito, salvo a casa il ricondusse. Nè ciò

eum propter invidiam cives exercitui præficere noluissent, duxque esset delectus belli imperitus, cujus errore eo esset deducta militum multitudo, ut omnes de salute pertimescerent; quod locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur; desiderari cœpta est Epaminondæ diligentia. erat enim ibi privatus numero militis. A quo cum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ, et exercitum obsidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque vero hoc semel fecit, sed sæpius. Maxime autem fuit illustre, cum in Peloponnesum exercitum duxisset adversus Lacedæmo-

fece sola una volta, ma molte. Il fatto più solenne però si fu, quando s' andò coll' esercito nel Peloponneso contro gli Spartani, avendo due colleghi, l'uno de' quali era Pelopida uomo valoroso e forte. Quivi per calunnie degli avversarj essendo tutti e tre caduti in odio del popolo, e però tolto loro il comando, e posti altri pretori in loro vece; Epaminonda a tal decreto non ubbidì, e confortò i colleghi a far lo stesso, e la guerra che avea impreso, tirò innanzi. Da che intendeva, che, ubbidendo egli, tutto l'esercito per imprudenza ed ignoranza de' capi n'andrebbe in pezzi. V'era

•••

nios, haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelopidas vir fortis ac strenuus. Hic cum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent, ob eamque rem imperium his esset abrogatum, atque in eorum locum alii prætores successissent; Epaminondas plebiscito non paruit, idemque ut facerent, persuasit collegis, et bellum, quod susceperat, gessit. Nanque animadvertebat, ubi id fecisset, totum exercitum propter prætorum imprudentiam, inscitiamque belli periturum. Lex erat Thebis, quæ morte multabat, si quis imperium diutius retinuisset, quam lege præfinitum

legge in Tebe, che condannava nella testa chiunque ritenuto avesse l'ufizio oltre al termine dalla legge posto. Ben vedendo Epaminonda essere stata cotal legge promulgata per ben dello stato, non volle rivolgerla a rovina della città; e il comando ritenne quattro mesi più dell'ordinamento del popolo.

8. Tornati che furono a casa, i suoi colleghi furono di questo delitto accusati. a' quali e' permise che tutta su di lui riversassero l'accusa, e mantenessero, da lui essere provenuto ch'alla legge non ubbidissero. Per la qual difesa, essi schifato il pericolo, non era per-

•••

foret. Hanc Epaminondas cum reipublicæ conservandæ caussa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit; et quatuor mensibus diutius quam populus jusserat, gessit imperium.

VIII. Postquam domum reditum est, collegæ ejus hoc crimine accusabantur. quibus ille permisit, ut omnem caussam in se transferrent, suaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, quid diceret, non haberet. At ille in judicium venit, nihil eorum negavit quæ adversarii crimini dabant, om-

sona che credesse Epaminonda doversi difendere, non avendo scusa da apporre. Ma egli al tribunal presentatosi non negò un minimo che di ciò che veniva da' suoi nemici accusato, e confessò esser vero tutto il detto da' colleghi: nè ricusò di soggiacere alla pena dalla legge ordinata; ma di sola una cosa li pregò, che nella sua condannagione scrivesser così; Epaminonda è stato da' Tebei nella testa condannato, perchè nella giornata di Leuttra gli ha forzati vincere gli Spartani, i quali, priachè egli fosse generale, nessun de'Beozi ebbe cuore di pur guardare schierati nel campo: e perchè in sola una battaglia non pur Tebe ha liberato

•••

niaque quæ collegæ dixerant, confessus est: neque recusavit quominus legis pœnam subiret; sed unum ab his petivit, ut in periculo suo conscriberent; Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quod eos coegit apud Leuctra superare Lacedæmonios, quos ante se imperatorem nemo Bœotiorum ausus fuit aspicere in acie: quodque uno prælio non solum Thebas ab interitu retraxit, sed etiam universam Græciam in libertatem vindicavit: eoque res utrorumque perduxit: ut Thebani Spartam oppugnarent: Lacedæmo-

dall' ultima rovina, ma ed ha messo in libertà tutta la Grecia: ed ha portato le cose degli uni e degli altri a tale, che li Tebei batterono Sparta; ed agli Spartani non parve poco salvare la persona: nè ha posto giù le armi che prima, ristorata Messene, non avesse posto l' assedio alla loro città. Dette queste cose, cominciarono tutti a fare festevoli risa, e non fu pure uno de' giudici, a cui patisse il cuore di dargli voto nero. Così da una accusa capitale uscì con sua grandissima gloria.

9. Questi ultimamente generale a Mantinea, schierato il campo, incalzando con troppo calore il nemico, dagli Spartani riconosciuto, per-

---

nii satis haberent, si salvi esse possent: neque prius bellare destitit, quam Messena constituta, urbem eorum obsidione clausit. Hæc cum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est, neque quisquam judex ausus est ferre suffragium. Sic a judicio capitis maxima discessit gloria.

IX. Hic extremo tempore imperator apud Mantineam, cum acie instructa audacius instaret hostibus, cognitus a Lacedæmoniis, quod in ejus unius pernicie patriæ sitam putabant salutem; universi in unum impetum fecerunt,

chè giudicavano la salvezza della loro patria dipendere dalla morte di solo lui; tutti fecero impeto addosso a lui solo, nè prima si ritirarono, che fatto macello di molti, videro Epaminonda, fortissimamente combattendo cadere ferito da lungi di sparo. Per questa caduta allentarono alcun poco i Beozi; nè però si partiron del campo, che prima non avessero rotti i nemici. Ma Epaminonda conoscendo d' aver ricevuto mortal ferita, e in un medesimo dover di presente morire, se avesse fuori cavato il ferro, che dell' asta gli era rimaso nella ferita; lo ritenne finattantochè gli fu rapportato i Beozi aver vinto. Saputo che ebbe ciò,

***

neque prius abscesserunt, quam magna cæde facta, multisque occisis, fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, sparo eminus percussum concidere viderunt. Hujus casu aliquantum retardati sunt Bœotii; neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes profligarunt. At Epaminondas cum animadverteret, mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim amissurum; usque eo retinuit, quoad renuntiatum est, vicisse Bœotios. Id postquam audivit, Satis, inquit, vixi; in-

Son vivuto, disse, abbastanza; da che muojo da nessun vinto. quindi trattosi fuori il ferro, di tratto morì.

10. Questi non prese mai moglie: di che essendo appuntato da Pelopida, che aveva un figliuolo scostumato, e dicendogli lui aver mal provveduto alla patria, non lasciandole figliuoli; Guarda, gli disse, che tu lasciandole tal figliuolo, non abbia vie peggio a lei provveduto. ne' mica a me può fallir discendenza, però che lascio una mia figliuola, la giornata di Leuttra, la quale è giuocoforza che non pure a me sopravviva, ma e che non muoja mai più.

---

victus enim morior. tum ferro extracto confestim exanimatus est.

x. Hic uxorem nunquam duxit: in quo cum reprehenderetur a Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriæ consulere diceret, quod liberos non relinqueret; Vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis. neque vero stirps mihi potest deesse, nanque ex me natam relinquo pugnam leuctricam, quæ non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est. Quo tempore, duce Pelopida exules Thebas occuparunt, et præsidium Lace-

Allorachè gli esiliati, capo loro Pelopida, s' insignorirono di Tebe, e la guernigione spartana dalla rocca scacciarono, Epaminonda finattantochè si fe' macello di cittadini, si tenne in casa, perchè nè volea sostenere i cattivi, nè prender contro di loro le armi, per non macchiarsi del sangue de' suoi. che funesta avvisava ogni civile vittoria. Ma egli medesimo dappoichè a Cadmea fu messo mano a combattere cogli Spartani, stette co' primi. Della cui vita e virtù avrò detto abbastanza, facendo al detto una giunta, che da nessuno si negherà; cioè, che Tebe, prima della nascita d' Epaminonda e lui morto, fu sempre città soggetta: ed in contra-

***

dæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quandiu facta est cædes civium, domi se retinuit, quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, nè manus suorum sanguine cruentaret. nanque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idemque, postquam ad Cadmeam pugnari cum Lacedæmoniis cœpit, in primis stetit. Hujus de virtutibus vitaque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias; Thebas, et ante Epaminondam natum, et post ejusdem interitum, perpetuo alieno paruisse imperio: contra ea,

rio, quando egli ebbe in mano il governo, fu donna di tutta la Grecia; da che può raccogliersi, che un uomo solo fu da più che una intera città.

•••

quandiu ille præfuit reipublicæ, caput fuisse totius Græciæ; ex quo intelligi potest, unum hominem pluris quam civitatem fuisse.

IL FINE
DELLA VITA DI EPAMINONDA

PELOPIDA

VITA DECIMASESTA

DI

CORNELIO NIPOTE

1. Pelopida tebeo, è noto più negli storici, che nella voce comune; le cui virtù io non so come io me le sponga; poichè temo, se io mi do a sciorinar i suoi fatti, non forse paia scrivere una storia, che contare sua vita; se solamente il fiore n'assaggerò, non s'abbia chiaro a conoscere da chi punto non sa di lettere greche, di che fatta uomo egli si fosse. Dunque mi studierò cessare (secondochè per me si potrà) l' una cosa e l' altra, e sì alla noia rimedierò,

1. Pelopidas thebanus, magis historicis quam vulgo notus; cujus de virtutibus dubito, quemadmodum exponam; quod vereor, si res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere; si tantummodo summas attigero, ne rudibus literarum græcarum minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram (quantum potero) et medebor cum satietati, tum ignorantiæ lectorum.. Phœbidas la-

sì all' ignoranza di chi legge. Febida spartano menando gente d'armi in Olinto, passando per Tebe si fe' padrone di quel castello, che si chiama Cadmeo, a sommossa d' una man di Tebei che tenevano dagli Spartani, per potere più facilmente far fronte alla parte nemica. e questo di suo capo egli fece, non d' ordine del comune. Perlaqualcosa gli Spartani il levaron via dell' esercito, e il condannarono in denaro. nè per ciò il castello resero a' Tebei; perchè per le nate nimicizie giudicavano che meglio tornasse tenerli assediati, che liberarli. Dà che dopo fatta la guerra del Peloponnèso, vinta

***

cedæmonius cum exercitum Olynthum duceret iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit, impulsu perpaucorum Thebanorum, qui adversariæ factioni quo facilius resisterent, Laconum rebus studebant. idque suo privato non publico fecit consilio. Quo facto eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt. neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt; quod susceptis inimicitiis satius ducebant, eos obsideri, quam liberari. Nam post peloponnesium bellum Athenasque devictas, cum Thebanis sibi rem esse existima-

Atene, portavano opinione dovere aver faccenda co' Tebei, e sè essere i soli che avrebber cuore di tener fronte. Con tal divisamento aveano compartito i primi magistrati agli amici; i capi dell' altra parte quale ammazzato, quale mandato a' confini: fra questi il nostro Pelopida, del quale ho cominciato a scrivere, bandito era fuori di patria.

2. Costoro pressochè tutti s' erano ridotti in Atene non mica per starsi con le man giunte, ma per istudiarsi di racquistare la patria, come il destro ne avesse dato la sorte. Or, come parve tempo da ciò, d' accordo con que' che

***

bant, et eos esse solos, qui adversus resistere auderent. Hac mente amicis suis summas potestates dederant; alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.

II. Hi omnes fere Athenas se contulerant, non ut sequerentur otium, sed ut, quemque ex proximo locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. Itaque cum tempus est visum rei gerendæ, communiter cum his qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam

in Tebe aveano del loro partito, fermarono, per far man bassa de' nemici e la città liberare, quel giorno, in cui tutti uniti i principi erano usi spassarsela in conviti. Spesso da poca gente ebbero successo le grandi imprese; ma certo non mai forze sì poderose furono sbaragliate da sì picciol principio. Da che tra'banditi cospirarono dodici giovinetti, essendo cento tra tutti, non più, coloro che si cimentarono a tanto risico. Da questo quasi nulla fu distrutta la potenza spartana. Imperciocchè e portarono guerra all'altra parte, e in un medesimo agli Spartani, che erano i capi di tutta la Grecia. la tirannica

eum, quo maximi magistratus simul consueverant epulari. Magnæ sæpe res non ita magnis copiis sunt gestæ; sed profecto nunquam ab tam tenui initio tantæ opes sunt profligatæ. Nam duodecim adolescentuli coierunt ex his qui exilio erant multati, cum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. qua paucitate percussa est Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis adversariorum factioni, quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Græciæ. quorum imperii majestas, neque ita multo post leuctricam pugnam, ab hoc

prepotenza de'quali venne meno non molto dopo, nella giornata di Leuttra per cotal principio. Or dunque que' dodici, alla testa de' quali Pelopida, usciti d'Atene di giorno da potere essere in Tebe in sul vespro, acciocchè non s'avesse a sospetto il lor viaggio, s'uscirono vestiti da villani, con cani da caccia e le reti. I quali arrivati al disegnato punto, alla casa n'andarono di Carone, da cui era stato loro posto il giorno e 'l momento.

3. Qui piace porre un incidente, comechè non abbia a fare col tema proposto; quanta rovina soglia la prosunzione arrecare. Concios-

•••

initio perculsa cecidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, cum Athenis interdiu exissent, ut vesperascente cœlo Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter. Qui cum tempore ipso quo studuerant, pervenissent, domum Charonis diverterunt, a quo et tempus et dies erat datus.

III. Hoc loco libet interponere, etsi sejunctum a re proposita est; nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse. Nam magistratuum thebanorum statim ad aures pervenit, exules in

siachè di tratto i magistrati di Tebe seppero della loro venuta. Ma egli, come coloro che erano tutti in sul bere e nelle vivande, dispregiaron per forma cosa di tanto rilievo, che nè si diedero pena di pur cercarne. S' aggiunse un'altra cosa, che fe' veder più chiaro la lor mattezza. Da Archia ierofante fu portata da Atene una lettera ad Archia, che di que' dì era il primo di Tebe, nella quale era scritta per minuto ogni cosa della partita de'banditi. la quale postagli in mano; stando lui già a tavola, sigillata così com'era ponendosela sotto al cuscino, Alle cose serie, disse, penseremo domani. Ma questi, essendosi ubriacati, a notte ferma

***

urbem devenisse. Id illi, vino epulisque dediti, usque eo despexerunt, ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. Accessit etiam, quod magis aperiret eorum dementiam. Allata est enim epistola Athenis ab Archia hierophante Archiæ, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua omnia de profectione exulum scripta erant. quæ cum jam accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, in pulvinum subjiciens In crastinum, inquit, differo res severas. At illi omnes, cum jam nox processisset, vinolenti ab exulibus,

furono morti tutti da' banditi sotto la guida di Pelopida. Le quali cose fatte, chiamata gente all' armi e a libertà, non pur que' di dentro, ma ancora dalle campagne da tutte parti corsero in folla; cacciaron della rocca la guarnigione spartana; liberaron d' assedio la patria. i capi della presura del Cadmeo chi a morte, chi mandarono a' confini.

4. In tempo cotanto fortunoso Epaminonda (come sopra detto è) finattantochè si combattè tra cittadini, zitto si stette in casa. Questa gloria dunque della liberazione di Tebe tutta è di Pelopida: le altre pressochè tutte con Epaminonda a mezzo. Da che nella giornata di

•••

duce Pelopida, sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt; præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt; patriam obsidione liberarunt. auctores Cadmeæ occupandæ, partim occiderunt, partim in exilium ejecerunt.

IV. Hoc tam turbido tempore (sicut supra docuimus) Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pe-

Leuttra, essendo Epaminonda general comandante, egli fu capitano del fior della truppa, la quale mise in volta per lo primo la falange spartana. Si trovò ancora a tutti i fatti d'arme; siccome quando quegli oppugnò Sparta, e' resse una delle ale. Per rimettere al più presto in piedi Messina si condusse in ufizio di ambasciadore nella Persia. In somma egli in Tebe fu la seconda persona; seconda però per forma, che non avea per primo altro che Epaminonda.

5. Egli ebbe però di dure disdette. Che da principio (secondochè è detto) bandito, non stette in patria: e volendo recare a signoria de'Te-

•••

lopidæ: ceteræ fere omnes communes cum Epaminonda. Nanque in leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux delectæ manus, quæ prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus præterea periculis adfuit; sicut Spartam cum oppugnavit, alterum tenuit cornu: quoque Messena celerius restitueretur, legatus in Persas est profectus. Denique hæc fuit altera persona Thebis; sed tamen secunda ita, ut proxima esset Epaminondæ.

V. Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam et initio (sicut ostendimus) exul

bei la Tessaglia, e avvisando sè dover esser ben sicuro sotto la guardia di ambasciadore, che sempre appo ogni gente era avuto in riverenza, in un con Ismenia dal tiranno Alessandro da Fera, fatto prigioniero, fu imprigionato. Lui Epaminonda liberò, dando addosso coll'armi ad Alessandro. Fatto ciò, non potè più pacificarsi coll' autore di tal ingiuria. Per questo confortò i Tebei a mettersi in ajuto della Tessaglia, e loro dar mano a scacciare i tiranni. Della qual guerra essendo a lui dato il governo, messosi con gente d'armi a quella volta, veduto il nemico e attaccatolo fu tutt' uno. Nel

•••

patria caruit: et cum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, legationisque jure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset, a tyranno Alexandro pheræo simul cum Ismenia comprehensus, in vincula conjectus est. Hunc Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post id factum, nunquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus belli cum ei summa esset data, eoque cum exercitu profectus esset, non du-

quale attacco, scoperto ch'egli ebbe Alessandro, acceso d'ira gli spronò contro il cavallo, e molto da' suoi dilungatosi, lanciottato da frecce, si morì. Questo però avvenne, essendo lui vincitore; da che già avea piegato l'armata de' tiranni. Di che avvenne che tutte le città di Tessaglia lui morto onorarono di corone d'oro e di statue di bronzo, e di assai poderi i figliuoli di lui.

***

bitavit, simul ac conspexit hostem, confligere. In quo prœlio Alexandrum ut animadvertit, incensus ira equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, conjectu telorum confossus, cecidit. Atque hoc secunda victoria accidit; nam jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ. Quo facto omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis et statuis æneis, liberosque ejus multo agro donarunt.

IL FINE

DELLA VITA DI PELOPIDA